



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Nicolao III. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

B E R N A R D U S Gallus Lirinensis Abbas & Casinen-
sis, ex Archiepiscopo Arlatensi Cardinalis, scripsit, vt
refert Vuion.

Supra Regulam S. Benedicti.

Speculum Monachorum.

Regestumque collationum beneficiorum, officio-
rum, iurium & bonorum Monasterii Casinen-
sis Tom. 2.

A NICOLAO III. CREATI.

B E N T I V E N G A D E B E N T I V E N G I S de Aqua-
Sparta Vmber. Ord. Minorum, ex Episcopo Tudertino
Cardinalis, S. Thomam Aquinatem, doctrinâ celebrem.
quâ nulla scula patem dederunt, per studiosè audiuit;
scripsitque

Veritatis Theologicę volumen.

Sermonesq; plures ad populum habitos. Obiit
Tuderti. Ibidem in Ecclesia Minorum sepultus.

L A T I N U S M A L A B R A N C A, seu Frangia panis
Romanus Nicolai 3. ex sorore Nepos Cardinalis, & do-
ctor Parisiensis; Cum v̄ temporib̄ illis præclarus ora-
tor esset, Florentiæ ubi Legatione fungebatur, sedicio-
sam discordiam, quæ tamen eius operâ sine sanguine
stetit, oratione sedauit, vt notat Cortesius, ediditque vt
videre est, in Bibliotheca ord. Prædicatorum, & apud
Eisengrenium.

Profas de Beata Virgine.

Prosam quæ canitur in missa defunctorum. Dies
iræ dies illa.

Sermones plures.

Orationes coram cœtu Cardinalium habitas.

Etalia quædam numeris signata. Obiit Perufij anno 1294. Romæque sepultus est in Ecclesia S. Mariæ super Minorum, amplissimâ Bibliothecâ Monasterio S. Sabinæ Legata.

ROBERTVS KYLVVARBY cognomento Bilibry Anglus, ord. Prædicatorum, ex Archiepiscopo Cantuariensis Cardinalis, quem in exemplum prædicant Philosophi, acuti sagacitate ingenii, inuia & tenebrisca Philosophiæ penetralia rimatus est, eademque contortis & sinuosis discretis ambagibus citato cursu perusit, scripsit, ut notat author Catalogi scriptorum Angliæ, multa in posteritatem itura videlicet,

- In Isagogen Porphirii.
- In Prædicamenta Aristotelis lib. 3
- In peri hermenias eiusdem. lib. 2.
- In 6. Principia Gilberti.
- Super Priscianum minorem.
- De modo significandi.
- Lecturam Sententiarum lib. 4.
- Super Confessiones Augustini.
- Super Ezechielem.
- In Paulum ad Romanos.
- In eundem ad Corynthios.
- De Sacramento altaris.
- De ortu scientiarum.
- Originalia Patrum.
- Quæstiones dialecticæ.
- In Priora & Posteriora lib. 4.
- In diuisiones Boëtii.
- In Topica Aristotelis lib. 9.

Nomencla Sanctæ Romane

- In Elenchos eiusdem 2.
 De conscientia & Synderesi.
 Quæstiones de Conscientia.
 De anima.
 De causis animæ.
 De differentia Spiritus & animæ.
 De Instantibus.
 De Diuisione Entis.
 De Relatiis.
 De Natura Relationis.
 De Relationis Prædicamento.
 De Rebus Prædicabilibus.
 Sophistriam Grammaticalem.
 Sophistriam Logicalem.
 De doctrina S. Thomæ Aquinatis.
 De unitate formarum.
 In Boëtium de Consolatione lib. 5.
 De Tempore.
 De Vniuersali.
 In Physica Aristotelis lib. 8.
 De Cælo & mundo lib. 4.
 De Generatione & Corruptione.
 In Meteora lib. 4.
 Super Metaphysicam lib. 14.
 Parua naturalia.
 Expositionem literæ senten.
 Distinctiones Doctorum.
 Commentarios Theologiar.
 Philosophiæ notulas.
 Quodlibeta quoque. Obiit Viter-
 bij anno 1280. Sepultus in Ec-
 clesia Prædicatorum.

Gerardus

GERARDVS BLANCVS de Gainaco Parmensis
diœc. Cardinalis, utriusque iuris apprimè consultus, ser-
mones ad populum habitos reliquit, ut notat Eisen-
grein. Romæque iacet in æde Lateranensi, cum hoc
prolixiori & barbarie infuscato Epitaphio.

Quisquis ad altare venies hoc sacrificare,
Qui vel adorare mis Gerardi memorare.
Ortu Parmensis & Pontificis Sabinensis.
Hoc attendat homo per funus quid sibi promo,
Est fumus unde sumus & transimus quasi fumus.
Martius intrabat, annos Domini numerabant
M. Semel, & C. ter, bis V. cum fine beato;
Parmensis natu, Sabinensis Pontificatu,
Cardineo migrauit homo Gerardus honoris
Missus ab arce Sion sanans animas rediit,
De Hispanis, Francis, Apulis, de Siciliaque
Mira viri virtus, parendi victima, qui se
Taliter exposuit mariibus, terris, inimicis.
Huius morte nitens speculum deperdit honestas,
Pontificum vita, cleri modus, & via veri,
Virtutum grauitas, & mens, & practica Iuris,
Sermo breuis, postem prodit prolixus & hostem.
O mors impauida, crudelis, mors homicida,
Febris & o tristis, quæ Gerardum rapuistis,
Iste bonis bonus, & reprobis onus, iste colonus
Pacis, gaudentes hilarans, reparans paenitentes.
Quot dilatare loca Sanctorum reparare,
Quot proponebat, & quod bona mente gerebat,
Quot pia donauit, reparauit, & ædificauit.
Si quisquam nosset, profectò dicere posset.
Per fragiles mundanos, mundanos prætereuntes.

Ad cœli montes, sic mundi prætereuntes,
 Huius ab hac ara, sedis distantia rara
 Pontificis sculptam glebam tenet atque sepultam,
Quod patet impletum præsens remouendo tapetum.
Actis exequiis quæ Pontificem decuerunt.
Delatum propriis humeris, in humo posuerunt.
Hunc ibi Siciliæ Rex, Rex regum duo nati
Turba militiae comitum diuitum sociati.
Per te concrescat Lector deuote precamen,
Hic quoque Præsul Amen, in iugi pace quiescat.

HIERONIMVS ASCVLANVS Ordinis Minorum
 Cardinalis, qui postea Nicolaus Papa 4. interstitione aliquâ negotiorum data, sacrarum literarum studiis sedulo & obsfirmatè adhæsit, scripsitque
 Commentaria in aliquot Bibliorum libros.
 In quatuor libros Sententiarum. vt author est Tri-
 themius.
 Sermones plures.
 Summas varias.
 Regestique eius volumina 3. in Bibliotheca Vati-
 cana seruantur. Romæ iacet in æde Mariæ
 Maioriscum hoc Epitaphio.

Nicolao 4. Asculano Piceno Pontifici Maximo, cum in negle-
 cto diu sepulchroferè latuisset, Frater Felix Peretus Cardinalis
 de Monte-alto, in ordinem & patriam pietate, posuit.

Nicolaus 4. ordinem Minorum professus, philosophus & Theo-
 logus egregius, Constantinopolin à Gregorio x. missus, Græcos ad
 Romanae Ecclesie communionem, Tartaros ad fidem reduxit, post
 Sanctum Bonaventuram Generalis, sanctitate & doctrinâ ordi-
 nem propagauit. Nicolai 3. Nuncius, inter Francorum & Ca-
 stellæ Reges pacem conciliauit, S. Potentianæ Cardinalis, Legatus

Honorij 3. in Galliam; Senatoriam populi Romani dignitatem, Se-
Apostolicæ restituit, factus Pontifex Remp. sublatis discordiis com-
posuit, Christianos Principes sacro fædere iunxit, Ptolemaidem co-
piis adiuvuit, Flaminiam in Pontificis iterum ditionem rededit, pu-
blicum in Montepessulano Gymnasium instituit, probos & erudi-
tos in cognitorum loco tantum habuit, Lateranensem & hanc Be-
silicam structuris & opibus auxit; tandem Iustitiâ & Religion-
orbem terra moderatus, magna sanctitatis opinione obiit Pri-
Non. Aprilis 1292. Pontificatus sui anno quinto.

A. MARTINO IV. CREATI
cuius aliquas habes Epistolas in historia
Regum Aragonie.

HUGO DE Evesham Atratus Anglus Cardina-
lis, Mathematicis artibus eminenter innotuit, & ob
medicæ artis absolutam peritiam cui subiecta opuscula
fidem vindicant, Phœnix suo sæculo vocatus est, scripsit
Super opere febrium Isaac.

Medicinales Canones.

Problemata quædam.

Distinctiones prædicabiles.

Postillas super Bibliâ, Et alia quædam. Obiit Ro-
mæ anno 1287. Iacetque in æde S. Laurentij in
Lucina, marmoreo monumento absque ullo
tamen elogio.

GERVASIVS GIANCOLETVS de Clinchæp Cœ-
nomanensis Gallus, ex Decano Parisiensis Ecclesiæ Car-
dinalis, & Apostolicæ sedis apud Philippum Francorū
Regem Legatus.

Quædam in Theologia scriptitasse fertur, quæ non

F ii